

DE TINCTURIS. 185
CAPUT XV.

DE TINCTURIS,

Et quibusdam id genus Balsamis, atque
Elixiriis.

§. I.

TINCTURÆ.
TINCTURA ALOES.

℞ Aloes Epaticæ uncias duas;
Spiritus Vini rectificati. libram unam:

In matraccio rite clauso supra tepentem arenam tri-
duo digere: Spiritum tinctum percola, & ad usum serva.

Juxta eandem normam eliciatur Tinctura

Benzoini,

Hieræ,

Ligni, & Gummi Guajaci;

Sanguinis Draconis,

Sarcocollæ.

TINCTURA ANTIMONII.

℞ Antimonii Hungarici pulverati libram unam;
Liquoris Nitri fixi uncias octo:

In vitreo vase obturato, identidem commovendo;
tandiu maneat, donec Liquoris saturatus color sit: tum
is una cum Antimonio igne lenissimo in massam siccam
evaporet.

A a

℞ Hu-

R Hujus massæ pulveratæ : quantum vis ;
 Spiritus Vini alcoholisati : duplum :
 In vasculo vitreo digerantur horæ spatio : postea Tinctura per chartam trajiciatur.

TINCTURA CASTOREI.

R Castorei Ruffiensis : uncias duas ;
 Liquoris Nitri fixi : semunciam ;
 Spiritus Vini alcoholisati : libram unam :

In vas circulatorium immisso Castoreo Nitri Liquorem affunde : adde post horas aliquot Vini Spiritum , & commissuris obstructis triduo digere . Refrigerato vase Spiritum per inclinationem defunde , & charta percolatum ex cucurbita vitrea ad tertias M. B. distilla : Liquor tinctus in cucurbitæ fundo remanens asservetur in vitreo vase . Porro distillatum Spiritum residuo Castoreo rursus affunde : digere : exprime : secretoque Nitri Liquore per chartam trajice : trajectum hunc Spiritum cum altero , qui asservatus fuit , commisce , & in ampulla vitrea accurate occlusa reconde .

Simili modo parabis Tincturam

Myrrhæ ,

Succini .

TINCTURA CROCI.

R Croci forfice incisi : uncias duas ;
 Spiritus Vini rectificati ,

Aquæ

Aquæ communis ana uncias sex :
 Extrahatur Tinctura , ut artis est.

TINCTURA HÆMATITIS:

R Florum Salis Ammoniaci cum lapide Hæmatizæ
 tribus Cohobiis sublimato-
 rum unciam unam , & semis ;
 Spiritus Vini alcoholisati uncias sex :
 Digerantur in matraccio, usque dum Spiritus aureo co-
 lore intinctus sit.

TINCTURA LACCÆ.

R Gummi Laccæ in ramulis puri , &
 contusi uncias duas ,
 Aluminis usti pulverati drachmam unam , &
 semis ,
 Spiritus Cochleariæ libram unam ,
 In vase circulatorio digerantur , usque dum Tinctura
 impense rubeat : tum refrigerata percoletur , & in vi-
 treo vase optime clauso asservetur.
 N. Aquæ etiam distillatæ ad Tincturam Laccæ simili
 modo extrahendam adhibentur.

TINCTURA MARTIS IN SUCCO
COCHLEARIÆ.

R Cochleariæ in aurora collectæ , &
 minutim incisæ libras octo ;

Aa 2

Cu-

Cucurbitæ stannæ capitello munitæ indatur, & M B. eliciatur Aqua ad uncias sex, quæ servetur: deinde ex cucurbita Cochlearia exempta tundatur in mortario marmoreo, præloque exprimatur Succus, in quo triduum digeratur scobis ferri rubiginosæ... ad uncias octo. Facta digestionem in olla ferrea leniter coque ad medias: cola, & iterum lento igni trade, ut evaporet in consistentiam Electuarii, cui demum Aquam prius elicitam diligenter admisce. Tincturam habes in vase vitreo bene obturato servandam.

*Eodem modo parantur Tincturæ Martis
in Succo Absinthii,
Nasturtii, &c.*

TINCTURA MARTIS IN SUCCO POMORUM.

R Scobis ferri rubiginosæ . . . libram unam,
Succi Pomorum curtispiculorum... libras octo:
In olla ferrea supra cineres calidos per triduum digestio fiat: tum ad medias evaporatio. Tinctura percolata ad Syrupi consistentiam exhalet.

*Similiter extrahende Tincturæ Martis
cum Succo Acetosellæ,
Fumaræ, &c.*

Item cum Vino.

N. Hæ Martiales Tincturæ per evaporationem in Extractum redigi possunt.



TIN-

DE TINCTURIS. 189

TINCTURA MARTIS CUM TARTARO.

R Scobis Ferri rubiginosæ libram unam;
Tartari albi pulverati libras duas,
Aquæ pluvialis libras triginta:
In vase ferreo amplo ad horas duodecim lente bul-
liant: spatha ferrea identidem agita, & sensim adde
Aquam ferventem loco ejus, quæ in vaporem abierit.
Peracta ebullitione quiescat materia, & subsidat: tum
supernatans niger Liquor charta trajiciatur, & ad Sy-
rupi consistentiam evaporet.

TINCTURA SALIS TARTARI.

R Salis Tartari libram unam,
Spiritus Vini alcoholisati . libram unam, & semis:
Tartari Salem in crucibulo cooperto calcina igne ve-
hementi, donec rubellus evaserit: tum exime: in mor-
tario calefacto tere, & adhuc tepentem pulverem pone
in matraccio, affusoque Vini Spiritu vas obstrue: lenissimo
arenæ igne tandiu digere, dum Liquor valde rubeat. Re-
frigerato vase Tincturam defunde: per chartam trajice,
& in vitreo vase obturato asserva.

TINCTURA SULPHURIS;

V. Balsamum Sulphuris cum Vini Spiritu.

TINCTURA ABSINTHII.

R Summitatum Absinthii vulgaris flo-
ridi incisarum uncias sex;
Spiri-

Spiritus Vini alcoholisati . . . libram unam;
In cucurbita vitrea duodecim horarum spatio mace-
rari sine: tum M. B. fere ad siccitatem distilla. In Li-
quore distillato infunde

Summitatum Absinthii Pontici tenui-
folii exsiccati semunciam;
Caryophyllorum drachmas duas;
Salis Tartari drachmas tres;
Ambari cineracei pulverati . . . drachmam unam;

Ambarum Sali Tartari in mortariolo lapideo admisce:
cum cæteris in vitreo vase circulatorio digere, donec
Liquor bene saturatus sit, qui charta percoletur.

TINCTURA ANODYNA, SIVE LAUDANUM LIQUIDUM.

R Opii semunciam;
Crocī drachmas duas;
Cinnamomi,
Caryophyllorum ana drachmam semis;
Vini malvatici . . . uncias quatuor cum dimidia:

Digerantur octo fere diebus in vitreo vase bene clauso
identidem agitando. *Tinctura expressa, & percolata*
servetur. Dosis a guttis quinque ad quindecim.

TINCTURA CÆPHALICA.

R Florum recentium Liliæ Convallium . . . uncias sex;
Stœchadis Arabicæ unciam unam;
Spiritus Cerasorum nigrorum recti-
ficati libram unam;

In-

Infunde, & digere per horas sex in matraccio vitreo
 optime clauso, cui postea capitellum adjice, & M. B.
 Spiritum evoca, in quo iterum infunde, & triduo digere
 Succini albi præparati . . . unciam unam,
 Cubebarum . . . drachmas tres:
 Liquorem exprime, per chartam trajice, & in vase
 vitreo reconde.

§. II.

TINCTURÆ, QUÆ BALSAMA
SOLENT APPELLARI.

BALSAMUM SULPHURIS.

℞ Florum Sulphuris . . . unciam unam, & semis;
 Olei Nucum Juglandium . . . uncias sex:
 Digerantur, donec Oleum bene saturatum sit: tum
 cola.

Sic paratur Balsamum Sulphuris
cum Oleis expressis

Anisorum,
 Olivarum,

Itemque cum Balsamo Copaiba, & cum
Oleo crasso Succini,
Terebinthinæ, &c.

BALSAMUM SULPHURIS CUM VINI SPIRITU.

℞ Florum Sulphuris . . . uncias quatuor;
 Salis Tartari . . . uncias duas:
 In

In mortario marmoreo commisceantur : tum indira crucibulo liquefiant , & liquata maneant , donec fusa materia spadiceum colorem æmuletur . Hanc supra lapidem illitum effunde : frige factam tere , pone in matracio , & adjice

Spiritus Vini alcoholisati libram unam :

Digere , quoad rubicundum colorem saturum Liqueor adeptus sit , qui tum percolandus .

Eadem ratio est conficiendi Balsamum Sulphuris
cum Oleo essentiali Anisorum ,

Fœniculi ,

Terebinthinæ ,

& cum Oleo claro Succini .

BALSAMUM CATHOLICUM EX VINO, VULGO BALSAMUM INNOCENTIANUM.

R Benzoini uncias tres ;
Styracis Calamitæ uncis duas ,
Balsami Peruviani sicci unciam unam ,
Aloes Soccotrinæ ,
Myrrhæ ,
Olibani ,
Radici Angelicæ odoratæ ana semunciam ,
Florum Hyperici siccatorum manipulos quatuor ,
Vini rubri libras quatuor :
Hyperici Floribus , & Angelicæ Radicibus in lagena vitrea positis Vinum superfunde ; quo bene obturato vase digestio per triduum fiat : postea Liqueorem refrigerat.

geratum exprime : in eo cætera contusa per dies quindecim digere, materiam sæpe agitando. Tandem cola, & ad usum serva.

IDEM BALSAMUM CUM VINI SPIRITU :

R Magma ex præparatione Balsami Catholici in Vino facta rite siccatum,
 Radicis Angelicæ odoratæ semunciam,
 Florum Hyperici siccatorum unciam unam,
 Spiritus Vini alcoholisati libras quatuor :
In vase diligenter occluso identidem agitando per dies octo digere : postquam sæces subsiderint, Liquorem percola, & in vitreo vase repone subere, & vesica obturando.

§. III.

ELIXIRIA:

ELIXIR BEZOARDICUM:

R Radicis Contrayervæ Hispanicæ,
 Serpentariæ Virginianæ,
 Summitatum Absinthii Alpini,
 Croci ana drachmas duas;
 Opii drachmam unam:
 His omnibus incisis affunde
 Spiritus Vini rectificati,
 Spiritus Baccarum Sambuci . . ana uncias quatuor:
 Triduo digere in vase circulatorio : tum per chartam
 Bb tam

tam trajice Liquorem, in quo dissolve

Camphoræ drachmam unam:

Tandem in ampullis vitreis optime clausis reponere.
Datur ad triginta circiter guttas.

ELIXIR PROPRIETATIS CUM ACIDO.

R

Aloes Soccotrinæ,

Myrrhæ electæ,

Croci ana unciam unam,

Spiritus Sulphuris semunciam,

Spiritus Vini alcoholisati . . libram unam, & semis:

Aloe, & Myrrha in subtilem pulverem terantur: Crocus forfice incidatur. His in vase circulatorio vitreo positis, affusque Vini, & Sulphuris Spiritu per octo dies digestio fiat. Tincturam decanta, & per chartam cola: inde in cucurbitam vitream, atque in igne lenissimo ad uncias circiter decem Spiritum abstrahere, Tincturamque in cucurbitæ fundo remanentem seponere. Elicitum Spiritum magneti affunde, & diebus octo digere: postea Liquorem exprime, cola, & cum priore Tinctura asservata commistum in vitreis ampullis reponere subere, & vesica obturandis.

ELIXIR PROPRIETATIS SINE ACIDO:

Hujus parandi ratio a superiore tantum differt, quod loco Spiritus Sulphuris adhibetur Nitri fixi Liquor, quo Myrrha pulverata perfecte saturanda, & in pulvem redigenda est, dein calore mitissimo siccanda.

ELI-

ELIXIR VITÆ.

R Corticis Citri recenter derafi uncias sex,
 Summitatum Melissæ manipulos tres,
 Spiritus Vini rectificati libram unam:

In cucurbita vitrea viginti quatuor horis digere: postea aptato capitello ad siccitatem fere M. B. distilla.

In Spiritu prolecto infunde

Radiceis Acori incisi,

Angelicæ odoratæ,

Zedoariæ,

Croci,

Cinnamomi ana drachmas duas:

Per dies tres digestionem facta M. B. Spiritum elice, in quo rursus infunde, ac triduo digere

Novi Corticis Citri derafi uncias tres,

Vanillæ semunciam:

Tandem exprime, & per chartam cola.

CAPUT XVI.

DE CALCINATIS.

ÆRUGO, SIVE ÆS VIRIDE.

Æ Ris laminæ cum Vinaceis expressis stratificentur: cum per intervalla pauculo Aceto, vel Urina aspergantur. Sic maneant usque dum Æruginem contraxerint: qua cilltro abrafa iterum stratificatio fiat. Cum Æruginem omnem collegeris, Aceti Spiritu dissolve, cola, & per evaporationem sicca.

Bb 2

Ex